

NUCLEVS
proceres Italiae; & Henricum ipsum
re bene pensitata infaustis pa*et*is re-
nunciasse. Verum Hildebrandus
sævo ob id furore percitus, ac in co-
quoque, proh dolor! a Germanorum
Principum nonnullis confirmatus,
rebellionem in Germania fovit. Ru-
dolphoque Svevo, novi Anti-Cæ-
sari, anno scilicet MLXXVII. For-
chemii in Regem electo coronam
imperialem transmisit, hac inscri-
ptione insignitam:

*Petra dedit Petro, Petrus diadema Ru-
dolphi.*

§. XC. DEO tamen bonam cau-
sam respiciente, Henricus pereunte
dignitatem haut segniter recuperare
laboravit: ut tandem Rudolphus a-
liquot præliis fractus anno MLXXX.
dextram perjuram cum vita amitte-
ret Merseburgi: ubi in præsentem
diem manus Rudolphina common-
stratur.

§. XCI. Sic represso æmulo, Hil-
debrandum aggressus est Henri-
cus,